

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Samuel Weickmann

**Iesvm Devm Atqve Hominem Ab Adepto Novo Sanctissimae Religionis Derisore**

Vitembergae: Prelo Ephraim Gottlob Eichfeldi[i] Academiae A Typis, 1762

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862203341>

Druck    Freier  Zugang





a. B.  
48. B. II.

65

480

Fa-1092(65.)

1. Winckler (Joh. Dietrich) ad hystoriam Cos-  
 pto. Coluinismi Gostlarieis.  
 2. Schott (Christoph. Fried.) de hystoria dogmatis, seu de ecclesia Lutherica  
 tij de fide iustifica eti-  
 3. Dathe (Joh. Aug.) de difficultate rei  
 critica in V. T. canticis diuidicanda.  
 4. Teller (Wilk. Abrah.) topicie scripturae.  
 5. Klemes (Joh. Christian.) Georgii Calisti  
 confessione de temporum emendatione  
 ab emendatione studiorum academicorum  
 petenda.  
 6. Christus magnus orium pastor a  
 mortuis redit.  
 7. Christus magnus orium pastor a  
 mortuis redit.  
 8. (Friedrich Samuel) Lich de intercessione  
 ne Christi sacerdotali.  
 9. Weise (Wilh. Fried.) de Scientia Dei ci-  
 media ex principiis rationis et scripturarum  
 loci: nimis (Pam. 23. 10 legg. et Matth. 11.  
 21. denonciata).  
 10. Müller de notione illa, anima mortuorum  
 et dici in causa illius damnorum etc.: refectione mortuorum.  
 11. Müller (Joh. Repl.) de generibus, om-  
 inicationibus idoneitatibus generis.  
 12. Ongdius (Joh. Etadi.) exercitatio  
 philosophica in usum XVI cap. XX Ges.  
 13. Frommann (Erlad. Ind.) disputatio  
 Theologica sua topicis Pauli Ap. in De salutifica ex V.T. probanda.
14. Faber de dubio lucis nat. lumine cum  
 lumine spiritu sancti comparato.  
 15. Heilmann de commode ex securam litter-  
 ram studi ad philosophiam universitatem  
 16. Heilmann de commode ex securam litter-  
 ram studi ad philosophiam universitatem  
 17. Foertschius de possibiliitate revelationis  
 18. Butzbach, etiologia confessionis a  
 jure necessitatim traditionum ex Matth. 15.  
 19. Species de pontificiorum eorumque ca-  
 terium et receptiorum traditionum origine  
 et auctoritate non diuina sed humana  
 dosologiae ecclesiastice Rostre.  
 20. Pastorius de lege ceremoniali  
 21. eiusdem de lege divina et speciebus  
 de lege morale.  
 22. Hoffmann de ira V.T. 2 Pet. 2. 9-13.  
 et Iudee 28-10 per continuam et nos ipsi  
 loci: nimis (Pam. 23. 10 legg. et Matth. 11.  
 21. denonciata).  
 23. Hoffmann de ira V.T. 2 Pet. 2. 9-13.  
 et Iudee 28-10 per continuam et nos ipsi  
 loci: nimis (Pam. 23. 10 legg. et Matth. 11.  
 21. denonciata).  
 24. Cotta, de nouissima speciebus de morte  
 naturali.  
 25. eiusdem de nouissima speciebus de  
 morte et resurrectione mortuorum.  
 26. Hoffmann, de coniubio typico  
 matricularum idoneitatibus generis.  
 27. eiusdem de confutatione dei oam  
 angelis de coro ante Romane a Ges. 1. 26.  
 28. Weickmann miraculum Iesu et ritu  
 Lazaris in vitam nobilitatum acri-  
 minationibus philosophi nouissimi.  
 29. eiusdem de Iesu Deo et homine etc.  
 30. eiusdem parodias N.T.

- 31., Hindenburg, specimen animalium regionum  
photographicorum et cetera etc.
- 32., Grabau, de discoloratione ruminis su-  
covo et culta profarty.
- 33., Hoffmann, de officiis humanitatis, eorum  
obligatione.
- 34., Bel, de Etione II. Farfio et cetera.
- 35., Leyne, de ritu antiquorum negotiis  
tionem non esse elegem.
- 36., Kriegel, de Theophrasto optimo cui  
coniugalis magistro ad superius  
notationem Theophrasti distinctionem.
- 37., Schreerkus, de physica et animali the-  
magia.
- 38., Clodius, praefidia eloquentiae Romanae.
- 39., Vogelius, proleycum vitalis Eliae  
Lentiae germanicum patientia  
libori eius chafordt Hammafordt  
nisi complectens.
- 40., eiusdem, de libris chafordt Hammafordt.
- 41.,
- 42., Wellius, de iustitia Dei.
- 43., Vogelius, de amphictium iudicanda  
rum difficultate.
- 44., Brot, obiaratio D. Petri Jannonei eti.

I E S V M  
DEVM ATQVE HOMINEM

AB

A D E P T O  
NOVO

SANCTISSIMAE RELIGIONIS DERISORE

TVRPITER EXAGITATVM

ADVERSUS EIVS LVDIBRIA TVETVR

IOACHIMVS SAMVEL  
VVEICKHMANN

S. S. THEOL. DOCTOR HVIVSQVE PROFESSOR  
PVBLICVS ORDINARIVS SENATVS ECCLESIASTICI  
ASSESSOR ET AD OO. SS. PRAEPOSITVS  
H. T. ACAD. RECTOR SVIQ. ORD.  
DECANVS



VITEMBERGAE

FRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS

1762

DEVM-AEVAE HOMINI  
I

AB

OTPEDA

NOVO

SANCTISSIMAE RELIGIONIS DEFENSORIE

TALITIA EXVERITATUM

VERGESSAS ERES ADOVERA TATU

IOACHIMUS SAMUEL

ALBICRIMANI

SCHEIDEL OTOH HUMORAE PROFESSOR

VALICAS ORBINA AVANTIA ECCE RESTITUTI

ASSessor ET DE BOO AR TRAVELPUSIUS

HIT ALICE Rector SAVO AND

DECIMAS



IN LIBRARIA  
ИМПЕРСКОГО ПОЛЕГОВОГО МИНИСТЕРИЯ ОГЛДА  
1793



I E S V S  
DEVS ATQVE HOMO  
A B  
A D E P T O  
TEMERE VEXATVS



uo maiori ruunt impetu in partes re-  
ligionis , a Christo transditae , cun-  
ctas hostes , singularis sapientiae opi-  
nione inflati , quoque inhumanioribus  
eas iocis exultantis ingenii ludificantur ,  
eo maior danda uidetur opera , ne  
quid res sacra detrimenti capiat , sed ipsis cauillationibus  
uero noua lux accendatur . Rapior in admirationem ,  
quoties Ioannem Lelandum <sup>1)</sup> uerfo , machinationes uario-  
rum

A

1) Im Abriss der vornehmsten Deistischen Schriften.



rum uarias percensem, quibus, modo praecepta abdita,  
quae mysteria dicimus, modo miracula, modo redditum  
Iesu in uitam, modo legatorum fidem diuinorum, ac tot  
alia generis eiusdem labefactare nefarie studuerunt. At  
simul prouidentiam Dei celebro, uiros doctrina pietateque  
florentissimos ubique excitantem, ad hanc libidinem, res  
sanctissimas corrumpentem, mature coercendam, nouum-  
que robur fidei nostrae collendum. Non nunquam ta-  
men error uires recipit, atque, cultiore uestitus habitu, ex  
ipsa nouitate commendationem parat, praesertim, cum  
plura promittit commoda, quae uulgaris tanta contentione  
septatur. Sic se gerit personatus quidam scriptor, magni-  
que hiatu plurima promittit in libello huius elogii nuper  
prodeunte. *Die unwandelbare und ewige Religion der aelte-  
sten Naturforscher und so genannten Adepten.* Nouit enim,  
ab imperitis hominibus, illis, qui se uenditent Adeptos, plu-  
rimum tribui, quod prudentiam nacti singularem uidean-  
tur, artemque omnium maximam, metalla commutandi,  
aurique, cuius tam sacra fames auaros occupat, inue-  
niundi. Peritiores autem facile fraudes, ampullis inuol-  
utas uerborum, odorantur, fidemque derogant splendi-

de



de promissis. Cuius nobis sagacitatis exemplum praeter complures alios, <sup>2)</sup> in primis Leibnitius, solers, si quisquam, inuestigator reconditae naturae, praebet, tanto diligentius imitandum, quanto facilius uir summus initio, pollicitationibus ingentibus circumscrip<sup>t</sup>us, talibus fuerat arcanis doctoribus obsecutus. *Vidi, inquit, notas arcanas, M<sup>sc</sup>to cuidam bibliothecae Guelpherbytanae additas, sed ab alio detectas, et haec uerba continent<sup>e</sup>, Alchymia est lepus, quem nemo apprehendere potest.* *Vuezius certe, Medicus Gothanus, librorum Chymicorum lectioni intentus, singulare quid se asecutum, persuadere uult aliis.* *Credant, qui uelint.* <sup>3)</sup> Hactenus ille, tardior ad fidem habendam. For<sup>s</sup>itan maiorem sibi conciliat auctorita-

## A 2 tem

2) Qui superioribus nimirum temporibus, spes Adeptorum, magno aliorum, suoque, damno, lubricas atque admodum fallentes, nerve, et experientiae conuenienter, nobis informarunt. Demetrius enim Phalereus, iam sua aetate, uere iudicat. *Quod capiendum illis erat, minime capiunt, quod possidebant, amittunt.* Iulius autem Caes. Scaliger, se eiusmodi Chymistas, libere profitetur, odio plus quam Vatiniano odiisse, *quod sint noctuae ad aucupia crumenarum, a quibus aurum, quod postea pollicentur aliis, sibi captent prius.* Exercitat. 23. ad Cardan. Add. Natal. Com. mythol. lib. II. c. 6

3) In otio Hanouerano p. 417



tem restitutor perpetuae atque aeternae religionis magistrorum naturae, imitatione pietatis antiquorum Adeptorum, cui prius illi nauarint operam, quam obscuras rerum naturalium latebras tentarent. Namque, neminem, censet, lapidem Philosophorum reperturum, nisi, qui ueram Dei notitiam discat atque exerceat, Salomone duce, Dei reuerentiam sapientiae principium nuncupante. 4) Iacet immutabilis Adeptorum religio, iacet aemulatio disciplinae regum sapientissimi, cum primum, quo pertineant inscriptionis libri tenebrae, uerbis propriis in lucem profert.

*Oder Geometrischer Beweß, daß die Metaphysic die wahre theoretische und die Moral die wahre practische Gottesgelahrheit sey. Zur gründlichen Ueberführung aller seicht denkenden und Koehlergläubigen Deisten und Naturalisten aufgesetzt von einem Liebhaber der Warbeit an seinen Freund, Berlin und Leipzig 1760. Ecquae Metaphysica fontes aperit institutionis adeo religiosae. Non Salomonis illa, Spir-*

tus

- 4) Die alten Adepten haben immer, bevor sie das groeße Geheimniß der Natur eroeffnet, mit der wahren Erkaentniß des hoechsten Wesens, und der daraus fliessenden Gottseeligkeit den Anfang gemacht. p. 2. Der weise Salomo hat daher nicht unrecht, wenn er die Gottesfurcht der Weisheit Anfang nennt

tus alumna diuini, sed rationis filia, Wolfii, Baumgartenii,  
Baumeisteri, Dariesii, Reuschii Metaphysica scientia. 5)  
Magis eleuatur totius dignitas propositi, simul libelli sui  
summam Adeptus pluribus explicat. Hoc agit, ut e sa-  
nac rationis praeceptis ueram atque indubitatis firmamen-  
tis stabilitam religionem prudentum doceat. Nolite,  
Ciues, coelestis sapientiae studiosi, ab hoc insolente praec-  
ceptore expectare fundamenta uerae religionis prudentum,  
qualia Adamus Rechenbergius iecit aduersus Atheos, Dei-  
tas, et profanos homines. Alia longe consilia Adeptus  
agit, non ueram prudentum religionem, quae monimen-  
tis continetur diuinis, firmandi, sed robora eius destruen-  
di. Nititur enim comprobatum dare, religionem natu-  
ralem non satis aptum modo, sed etiam, solum, uerum  
tutissimumque remedium porrigere huius futuraeque felici-  
tatis, eosque, qui praesidia hominibus alia persuadeant,  
tam in Deum, quam ueram rei publicae incolumitatem,

A 3    gra-

5) Wollte Iemand sich eine vernünftige Metaphysic, dergleichen des Herrn Baron von Wolfs, Baumgartens, Baumeisters, des Herrn Hofrath Daries, oder des Herrn Reus Metaphysische Systemen sind, sich bekannt machen, so wird ihm in allen Dingen ein belleres Licht aufgehen praef. p. 40



grauissime peccare. Nec dum satis pollicitationum. Spondet nobis unum subsidium, sine contentionibus sacris, sine uexationibus diris, e Deo rebusque creatis ratione praeditis uniuersis, unum pastorem, unum gregeim congregandi. Quae quo minus dubites, maximam legem maximi instauratoris religionis naturalis in partes suas uocat. Deum complectere amore, preferendo rebus omnibus, ama socium perinde, ac te ipse.<sup>6)</sup> Nec poenitebit causas anquirere studiosius rationesque, quae permouerunt Adeptum, ut arma rursus caperet, quaeque specie ueri uidendi aliisque exponendi magnum fastum tegunt. Primo sanitati studet societatis generalis scientiarum, quam, fert aegerrime, poenas inferorum sempiternas aliasque opinio-nes defendere, a Theologis non nullis fictas, ad compages religionis, diuinitus praeter rationem communicatae, miras

nostra-

6) *Die wahre und demonstrative religio prudentum, oder unum bestes-  
cher geometrischer Beweß aus der gesunden Vernunft, daß die na-  
türliche Religion, oder das groeße Gebot des groeßten Erneuerers  
der natürlichen Religion: Liebe GOT über alles, und deinen Naech-  
ßen, als dich selbst, nicht allein zulaenglich, sondern auch das einzi-  
ge wahre und sicherste Mittel zur zeitlichen und EWIGEN Glückselig-  
keit sey p. 8*



nostraque memoria ualde ruinosas fulciendas. 7) Vix  
sibi temperat, quin sacris eos ueterioribus annumeret,  
qui proximam et quasi compendiariam uiam ad ueram  
sapientiam uirtutemque sciant, studio tamen dataque o-  
pera uulgus in deuia ducant itinera, ubi semper uitiorum  
seruitute, ac sacerdotum iugo prematur. 8) Saltem tur-  
pis abiecta equaque eos postulat assentationis, callidorum stu-  
pidorumque sacrificiorum uanae superstitionis gratiam  
captantis, uel astutiae, iniuidiam sacerdotii, ac multitudi-  
nis huic deuotae, iniuriasque pertimescentis, ac nomina  
impi-

7) Ich habe mich gewundert, daß die allgemeine Gesellschaft der Wissenschaften, Leute von einer solchen ausnehmenden Einsicht in dem allgemeinen Zusammenhange der Dinge, des Schoepfers sowol als der Geschöpfe, annoch an der Lehre von der Unendlichkeit der Höllenstraffen, samt den übrigen unverantwortlichen Eigenschaften, welche verschiedene Gottesgelehrte, um nur ein wunderbares und heut zu Tage gar zu baufälliges Lehrgebäude einer vorgegebenen übernatürlichen Offenbahrung, denn von der natürlichen und vernünftigen Offenbahrung Gottes ist hier nicht die Rede, indem diese ohnehin so gnug zusammen haengt, zusammen zu halten, sowol Gott selbst, als den Menschen andichten, dergestalt haengen p. 9. 10

8) Beynabe haette ich sie unter die geistlichen Betrüger mit gerechnet,  
die das bessere, und was am gewissensten zur wahren Weisheit und Tu-  
gend



impiorum nefarieque errantium hominum ignominiosissima reformidantis. 9) A quibus sceleribus ut illi quam primum discedant, grauiter cohortatur, ne crimen ingratii conflent animi, neque Deo neque hominibus purgandi. nam tanta eos arte naturam nudasse, acumine tanto uim huminis res, quae sint, quaeque esse possint, credandi conseruandique tetigisse, ut, si quis alias Dei perspicientia mundique excellat, haec huic collegio dignitas conueniat. 10) Sed plura maioraque molitur Adeptus, quando se pessimeque expeditum monit quo

-tungend führen kann, wissen, und dennoch dem gemeinen Mann vorsetzlich einen andern Weg weiß zu machen suchen, wodurch er niemahlen zu einer gründlichen Erkenntniß, folglich auch niemahlen zur wahren Tugend gelangen kann, sondern immer ein Slave der Laster und der Geistlichkeit bleiben mus ibid

9) Sie werden zwar sich freylich damit zu entschuldigen suchen, daß die Politic ein anderes nicht zuließe, um sich nicht dem Hasse und der unvernünftigen Verfolgung der Geistlichkeit, und des ihr blindlings anhangenden gemeinen Mannes blosß zu stellen, oder von ihnen wenigstens mit dem bestlichsten Ketzer- und Atheisten-Namen belegt zu werden. Allein eine Schmeicheley gegen die Verfechter sol ber falschen übernatürlichen Offenbarungen, wobey die Ehre Gottes leydet, ist gar zu grob p. 12

10) Im Fall sie bey einer so grossen Gewißheit des natürlichen Erkenntnisses noch fernerhin fortfahren der Welt ein andres Mittel zu zei-  
gen,

quo caeteris oraculorum diuinorum oppugnatoibus gratiam praeripiatur. Horum a defensoribus etiam atque etiam luminis amicos naturae urgeri, ut ex eo tantos sumant igniculos uirtutis persequendae, uitiorum fugiendorum, quantos libri coelesti afflatu compositi iacent. Contra ea provocat ille uniuersos ac singulos alius amatores lucis praeter rationem, nihil ueritus, ne, sententiis omnibus conflatis, omnique arte consumpta, de futuris proborum gaudiis, improborum hac in uita calamitatibus, talia excogitent, qualia sibi ratio sumministret, cuius sint origines a Deo certiores.<sup>ii)</sup> Hic rursus lacescit laceraturque Sackius summe

uene-

gen, und die Wahrheit oder Nothwendigkeit einer auf so leichten Gründen, als eine verschäfchte Historie und Alterthum ist, beruhenden, und die ungereimteste und wider alle natürliche Religion angehende Saetze in sich enthaltenden übernatürlichen Offenbahrung zu behaupten, so werden sie die unverantwortlichste Sünde, und die aller schwaerzeste Undankbarkeit gegen ihren Schoepffer begehen, die jemals Menschen von aufgeklachrten Begriffen begehen koennen

p. 14

ii) Ich biethe biemit allen Liebhabern der übernatürlichen Offenbahrung Troz, wenn sie auch alle Systemen von allen übernatürlichen Offenbahrungen in eines schmelzen wollten, sie doch nicht vermoegend seyn sollen, mit aller ihrer Kunst ein so vernünftiges und auf so

B

unum-



uenerandus, praestantis uir ingenii, et eximii fluminis orationis. Nam dici uix potest, quantis ille flagret odiis eiusmodi derisorum, quia magnam ipsorum Deam, rationem, suo spoliatam mundo, sic in aspectum produxit, ut optimus quisque eius prauitatem deformitatemque uideat. At uero fides discipulorum Christi, ab Sackio defensa, tantopere displicet Adepto, ut eum cum uersutis cauſarum patronis conferat, iniustum cauſam, coloribus eloquentiae exornantibus. Qua propter se eum legere potuisse negat, quin fuerit audaciam detestatus, qua uerbis poluerit lectissimis rationi numinisque maiestati contrarias sententias, et corruptelarum illecebris imprudentes irretierit. Sic denique exardescit, ut illum in iudicium uocet diuinum in tam graui negotio, quod ad religionem pertineat. <sup>12)</sup> Quid rigido

unumstößlichen Gründen beruhendes System von der künftigen Glückseligkeit der Tugendhaften, und zeitlichen Unglückseligkeit der Lasterhaften zum Vorschein zu bringen, als ihnen in dem gegenwärtigen Tractat aus der von Gott noch weit gewisser, als die übernatürliche Offenbahrung, herstammenden Vernunft, und aus der natürlichen Offenbahrung und Erkenntniß Gottes dargeleget wird  
p. 15. 16

<sup>12)</sup> Der Herr Sack hat in seinem vertheidigten Glauben der Christen nichts

do censori tantam seueritatem mouet. Eas init rationes, quae nullo negotio confiant, ad uitam beatam nihil, nisi rationis adiumenta, desiderari, aduersariis statim fugatis, quod alioquin sua ipsi principia peruertant.<sup>13)</sup> Itaque modum reicit, ex incorruptis rerum gestarum monimentis probandi, librum quendam diuinitus mortalibus concessum. Timet enim, ne partes exacerbentur, fraudibus

## B 2

nichts anders gethan, als auf das augenscheinlichste gezeigt, daß er das bessere gewußt, und dennoch, wie die Advocaten, die eine boese Sache haben, bemühet gewesen ist, der Welt durch Rednerkünste etwas weiß zu machen; was sie mehr zu Lastern führet, und nicht allein den Vollkommenheiten des hoechsten Wesens überall widerstreitet, sondern auch bey dem Durchlesen selbst einen wahren Abscheu erwecket, indem die gesunde Vernunft sich gar nicht entschließen kann so viele mit Rednerkünsten ausgeputzte, ihr aber ganz und gar entgegen laufende Saetze, als in dieser Schrift enthalten, vor ausgemachte Warheiten, wovor sie doch passiren sollen, anzunehmen. Wie dergleichen Verfahren in einer so wichtigen Sache, als die Religion ist, sich vor dem Richterstuhl Gottes, worauf dergleichen Leute sich so sehr zu beruffen pflegen, verantworten laesset, wird jeder vernünftiger, wenn er diese Abhandlung erst durchgelesen, leicht einsehen koennen. p. 16

<sup>13)</sup> Man muß ein solches System von der Zulaenglichkeit der natürlichen Offenbahrung Gottes haben, das einem jeden vernünftigen, un-

41.

42.

43.

30.

31.

44.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.



tot tamque piis deprehensis.<sup>14)</sup> Quasi de fraudorum sit  
acerbitate laborandum, ubi integritatis patrocinium deser-  
tae suscipitur. Adeptus praeterea uiam, per antiquitates  
eundi, relinquit, quia lubrica sit paulloque longior. Lub-  
rica quidem, cum facile decipiamur in rebus adeo lon-  
ginquis, longior ob lectionis magnae et librorum pluri-  
mi necessitatem.<sup>15)</sup> Errores autem nonne antiquitatis  
ipsius statera possunt ab homine ueri studioso examina-  
ri ac discerni, Adepto penitus ignota. Huius libellum

partheyischen und ehrliebenden Menschen ohne grosse Weitlaeufftig-  
keit sogleich dergestalt ins Auge leuchtet, daß nicht der geringste  
Eindand dagegen zu machen sey, und welches die sogenandte Geistli-  
che in allen Religionen selbst nicht umstossen koennen, ohne ihren ei-  
genen Systemen den groessten Tort zu thun p. 18

14) Es setzet nur unter den Partheyen Verbitterung, indem ein jeder  
nicht gerne vor einen Betrieber angesehen seyn will, und daher alle  
Muhe anwendet, seinen Gegentheil zum Schelmen und zum Ketzer zu  
machen, damit er nur für ehrlich angesehen, und seine Spitzbübe-  
reyen und Blendwerke nicht entdecket werden moegen p. 19

15) Der Weg, durch die Antiquitaet solchen zu zeigen, ist viel zu  
schlüppfrig und weitlaeuffig, so, daß darin leicht ein Betrug vor-  
gehen kann. Nicht zu gedenken, daß dazu eine grosse Belesenheit  
und Büchervorrath erfodert wird. p. 22

quisquis perlegit, confessim, quam sit expers literarum,  
quam contemnit fastidiose, quae non didicit, animad-  
uertit. <sup>up</sup>Certe callide hic eum uersari, in tanta humani-  
tatis ignoratione, non credo, ut nobis nopes aeuio prisci  
eripiat, quibus pro bona religionis causa propugnatur;  
Caeteri, qui spiritus in eam hostiles ierunt, ideo res ue-  
tustate robustas infirmant, quia uolumina, Dei iussu con-  
scripta, uaticiniis miraculisque praecipue communiuntur,  
ac fides a manu Dei seruorum factis probatur, quorum  
nihil sine uetus memoria pernoscitur. Est etiam discipli-  
na Historiae in rebus diuinis adeo dilucida, ut, quod Hout-  
teuillius praeclaro commonstrauit exemplo, <sup>16)</sup> nemo tam  
sit hebetioris ingenii, qui non cernat animo, ueterrimis niti  
religionem fundamentis, quae uel hospites in doctrina,  
uel perfictae frontis, euertere soli audeant. Itaque tan-  
tis laudibus Tindalius efferri non debuit, cuius liber, de  
Christi doctrina mundo aequali, propter disputandi mo-  
destiam, plus nocuerit commentitiis religionibus, diuini-

B 3

tus

<sup>16)</sup> In der erwiesenen Warheit der christlichen Religion durch die  
Geschichte



tus editis, quam superioris aetatis disputationes omnes, breuiter ostendens, cultum numinis, a ratione commen-  
datum, unam ueramque habendam religionem, quae ab  
orbe condito semper obtinuerit.<sup>17)</sup> Nam qui uel so-  
lam Vuaterlandi scripturam vindicatam<sup>18)</sup> confert, nul-  
lo sentit negotio, nihil eius conatibus uanius reperiri.  
Cui fragilitatis suae conscientia persuadebit iste religio-  
nem, natura cognitam, tot numeris absolui, nihil ut ei  
desit. Illud autem rebus gestis uitaeque nostrae conuel-  
litr usu, neminem uiuere, cui non haec de Deo rationis  
cognitio plane pateat. Quantum uero Tindalius celebra-  
tur ab Adepto, tantum regiones uituperat, uerae Meta-  
physics

17) Eben weil Tyndal in seinem Tractat: daß das Christenthum so alt als die Welt sey, diesen moderaten Weg eingeschlagen, und nur gewiesen, daß die natürliche Offenbahrung und die daraus herfließende vernünftige und natürliche Religion die einzige und wahre Religion sey, die vom Anfange der Welt her immer existiret, ist er, ob er gleich den errichteten goettlichen übernatürlichen Offenbahrungen mehr geschadet, als alle seine Vorgaeger, lange nicht so verfolget und blamiret worden, als diejenigen, welche aus der Historie und Antiquitaet, die Gottesgelehrten in allen Religionen durchgehends zu Befrieden haben machen wollen.

18) Scripture vindicated



physices contemptrices, ut omnes, ab sacro ordine seiunti, stupore opprimantur. 19) Namque timeri putat expultricem illam superstitionis ac praeconceptarum opinionum, qua sublata, uel omnis tollatur religio, uel melior in repudiatae locum non sufficiatur, unde carbonarii, quos uocat, Deistae exoriantur, ingenii potius leuitate ferocias, quam subtilitate iudicii graues, 20) quibus sint aulae principum refertae, ab Antistitibus sacrorum facile

ni per

19) Es ist daher kein Wunder, dass in solchen Laendern, wo man gerne haben will, dass alle Menschen, die nicht zur Priesterschafft gehoeren, dumm seyn sollen, zwar die ubrigen Wissenschaften einigermassen getrieben werden; keinesweges aber die wahre Metaphysic, weil schon zum voraus gesehen wird, dass diese die Verstoererin des ganzen Aberglaubens und Vorurtheile ist, worinn die Menschen mit so vieler List und Kunst unterhalten werden p. 30

20) Alle Wissenschaften bringen ihre Verehrer, die ein oder andern Pfaffen-Streiche in der Religion entdecket, nicht selten dahin, dass sie alle Religion verwerffen, wie wir dergleichen Exempel insonderheit in Italien und andern Orten, wo die Religionsbetrugereyen gar zu deutlich in die Augen fallen, taeglich vor Augen seben p. 31. et p. 37. Ohne eine gruendliche Metaphysic ist der Deismus nur ein System fluechtiger und mitziger Einfaelle ohne Zusammenhang, das nur lauter solche Kochberglaubliche Deisten macht, als insgemein die ietzigen Grossen auf der Welt sind.

41.

42.

43.

30.

31.

44.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.



per triumphum ducendis. Quocirca flagitium uocat dominationis occultissimum sacerdotum Angliae Belgique cautionem, Leibnizii Philosophiam ac Wolffii finibus suis proscribendi, sola Cartesiana ac Neutonianana florente. <sup>21)</sup> Tanto feliciorem iudicat Germaniam memoria nostra, Metaphysicis studiis adeo deditam, ut de illis uel Iurisconsulti virique ciuiles laborent, fraudibus sacris productis in lucem, opibusque sacerdotii infraactis. <sup>22)</sup> Evidem nolo dignitatem exterarum gentium tueri, probe narus, eas magis obseruationi rerum experimentisque fauere, quam rationi philosophandi coagmentatae. Nec felicitati temporum inuideo nostrorum, eorum potius labores

in

<sup>21)</sup> Es ist daher die profundiaste Politic der englischen und holländischen Geistlichkeit, dass sie die neuere Leibnitzische und Wolfische Weltweisheit und Metaphysic von ihren Graenzen entfernen, und nur blos die Cartesianische und Neutonianische gelten lassen p. 35

<sup>22)</sup> Es ist ein grosses Glück für unsere Zeiten, und insonderheit für Deutschland, dass auch nunmebro daselbst die Iuristen und Politici sich um die wahre und vernuenftige Metaphysic zu bekümmern angefangen, und es dadurch nunmebro so weit gekommen, dass die Beziegereyen der Pfaffen ziemlich aufgedecket, und ihnen die Flügel, die sie sich dadurch angemasset, merklich beschnitten werden p. 30

in rem meam uerto, qui lima definitionum, ordine meditandi concinno, accurataque notitia animi Deique magnum rerum scientiae diuinorum adiumentum contulerunt. Tantum magnopere uereor, ne rationis limites migrantur a multis, dum, quod capere non possunt, reiciunt statim, ac uerba sibi dari ab Sacerdotibus clamant, quoties doctrinas, diuinis comprehensas literis, inculcant, sed uitiis hominum infensas, atque auctoritatem sanctioris ordinis deludunt, antiquitus gentium moraturum reuerentia stabilitam, ne quid de muneric ipsius gravitate dicam. Sed quamuis haec petulantia satis fese iatkarit adhuc, Adepto tamen necdum satisfecit, relictis capitalibus dolis, quibus mundus in tanta artium luce decipiatur, hominesque ab ratione instructissimi illaqueentur, atra circunfusi quasi nebula atque obscurati. Hanc iste caliginem ab animo, tanquam ab oculis dispellere nititur, nihil ut copiosa doctrina sit opus, uerum sensus, quem uocat communem, nec satis ex uero intelligit, ad plenam commentationis intelligentiam sufficiat. <sup>23)</sup> Quis tanta

C generi

23) Inzwischen sind dennoch Haupblendwerke genug nachgeblieben, womit



generi hominum promittat commoda, Adepti nomine ue-  
stitus, locus forsan prodit, quo suum remittit amicum ad  
Georgium Schade, Altenauensem.<sup>24)</sup> Neque enim solis  
scribit Philosophis acutis, sed toti mundo, ob eamque  
causam uniuersis religionum familiis ac singulis, quo ad  
unum pastorem, naturam uidelicet, omni perfectione at-  
que absolutione praeditam, unumque gregem, ex omni-  
um rerum creatarum, ratione utentium, multitudine coa-  
ctum, ope splendidae manifestaeque lucis, a Deo per na-  
turam accensae, redeant.<sup>25)</sup> Inde nos in spem adducit,

fore,

womit die Welt, so aufgeklaert auch unsre Zeiten sind, bis dato  
ziemlich geaefft, und hinters Licht gefübret vworden, durch deren  
Nebel auch die vernünftigsten Leute nicht haben dringen koennen,  
sondern vielmehr dadurch vervirret und betaeubet vworden sind.  
Und diese sind es, deren Ungrund in der gegenwärtigen Abhandlung  
klar zu Tage geleget, und aufgedecket werden solle, und zvvar hoffe  
ich, dieses auf eine sôlehe Art zu thun, dass keine vveitlaeuftige Er-  
kaenntniß voraus gesetzt werden darf, sondern ein jeder der nur  
sensus communem hat, die Abhandlung vollkommen wird verstehen  
und einsehen koennen p. 39

24) Die Schriften dieser Gesellschaft selbsten sind bey dem ersten Se-  
cretair der Gesellschaft, dem Ober- und Landgerichtsadvocaten,  
Georg Schaden, zu Altona, gegen Einsendung eines Species Ducaten  
zu halten p. 41

25) Die Verfasser der ersten Schriften der allgemeinen Gesellschaft der  
Wissen-



fore, ut cultus praestetur diuinus longe dignior illo, qui pro rostris sacris conciones habeat, caerimoniisque in templis fungatur. 26) Inde faciliorem homines rudiores insti- tuendi rationem sanioremque spondet, ac multo salubrio- res odas sacras, orationesque grauiores, quam uulgo repe- riantur ubique. Quoniam uero suspicatur ipse, ne sanctior haec Philosophia captum plerorumque excedat, illis suf- fragatur, qui reuelationem, naturam superantem, Philoso- phiam uulgi imperiti, ac Philosophiam religionem docto-

## C 2

ruin

*Wissenschaften haben nur vor grosse Philosophen geschrieben. Ich aber, wie ich hoffe, schreibe vor die ganze Welt, und folglich auch vor alle Religionen und Seeten; um sie, so viel immer moeglich, zu einem Hirten, nemlich dem allervollkommensten Wesen, und einer Heerde, nemlich der Sammlung aller vernuennftigen Geschoepfe, durch die herrliche Offenbahrung Gottes in der Natur, und durch die daraus stießende natürliche Religion zu bringen p. 43*

26) Alsdenn übet ein jeder, der dasjenige Amt, welches ihm auf der Welt zugesallen ist, oder er sich selbst erwaehlet, zu sein, und anderer Menschen besten getreulich verrichtet, einen reellern Gottesdienst aus, als derjenige, der auf der Canzel Reden haelt, und in der Kirche geistliche Ceremonien verrichtet. Es laest sich darnach ein ver- nuenftigerer und begreiflicherer Catechismus vor die Jugend, und viel vernuenftigere und nuzbarere Gesaenge und Predigten bey Gottes- dienstlichen Versammlungen versfertigen, als wir leider heut zu Tage fast ueberall vor uns sehen p. 46



rum uirum nuncupent. 27) Hos tamen ipsos admonet, ne reuelationes, quae circumferuntur, supernaturales prorsus abiiciant, quia uel Alcoranus sublimia de uirtutibus diuinis praecipiat, sed haec ab hominibus scripta probent, qui tanto saepius ipsi potuerint errare, aliosque capere persuasionibus, temporibus uiuentes, in minore literarum luce uersantibus. 28) Maximos ei timores iniicit prudenteria ciuilis, ordini inter homines consulens, ad eos in pietate atque officio continendos. 29) Quam ne turbare ui-

deatur

27) Ich kann daher den Leuten nicht unrecht geben, welche die übernatürliche Offenbahrung für die Philosophie der Einfältigen, die Philosophie hingegen vor die Religion der Gelehrten ansehen. Meine Meynung ist nicht daby, daß die Gelehrten die übernatürliche Offenbahrung, ganz und gar, als unnütze wegzwerffen haben. Prüset alles, und das Gute behaltet! denn es giebt in allen und jeden Offenbahrungen, und selbst in dem Alcoran, erhabene und gute Lehren und Gedanken, von GOT und seinen Eigenschaften

28) Nur lege man ihnen nichts mehr, als andern vernünftig geschriebenen Büchern bey, und halte sie, da sie von Menschen geschrieben sind, die um so mehr, theils selbst haben irren, theils andern etwas weiß machen koennen, je weniger die Wissenschaften in den Zeiten, da sie gelebet, geblübet, nicht vor solche Eingebungen GOTtes, daß sie die vernünftige Offenbahrung aufheben p. 47

29) Man kann bierwieder einwenden, daß doch eine Ordnung unter den

deatur, omni data opera laborat. de *Primo captat ordinis uocem*, quando suo in libello meliorem gloriatur ordinem conspici, quam in doctrinis diuinitus traditis, quarum seriem perspiceret iste facilius, si populari docendi modum ab artificio discerneret. *Tum Deistarum more uarietates interpretationum Scripturae sanctioris auget*, quibus contendant inter se uehementius, quam erudiant perinde ac si, quod interpretes ignoratione, negligentia, nouandi studio, malitia, peccent, illius praestantiam obscureret. <sup>30)</sup> *Deinde*, ut sentiendi audaciae conciliet impunitatem, eos carpit, qui mentes uelint humanas infamia nonimum, erroribus grauioribus additorum, ferro, aliisque crudelibus cogere iuxationibus, ut, de re ipsa parum persuasae, in sacerdotum explicationes, semel receptas, pedibus eant. <sup>31)</sup> *Nos sicut animorum, soli D<sup>e</sup>o subiectorum,*

C 3 duces

*den Menschen seyn mueste, um sie zur Gottseeligkeit und zu ihren Pflichten anzuhalten* p. 48.

<sup>30)</sup> Ist denn mehr Ordnung da, wenn man eine uebernaturliche Offenbahrung annimt, die der eine so, der andere anders versteht, und worinnen der bunderste, ja wol der tausendste, nicht uebereinkommt, sondern ueber deren Erklaebrung sie sich biß auf den Tod zanken, und doch nicht klueger werden? p. 49

<sup>31)</sup> Oder soll das Ordnung heissen, wenn man die Menschen, obgleich der

41.

42.

43.

30.

31.

44.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.



duces adiutoresque probamus, improbamus coactores, ita necesse non putamus, redire ad coetum Pontificium, atque obsequio recipere coeco, quicquid in Conciliis sacri constituerunt instructores, utilitati suae magis, quam uero consilentes. 32) Quis enim dabit Adepto, hunc ordinem ultimum putandum antiquissimumque, cum Christus alium huiusque amici assignant, ab institutis Pontificis remotissimum. Quae cum ita sint, praedicari satis nequit reipublicae Hamburgensis prudentia, qua aeternam Religionem Adepti publica notauit ignominia atque infamia. 33) Gliscit enim temporibus nostris impudentia do-

*der Verstand sich nicht zwingen laesst, entweder durch Feuer oder Schwert, oder durch Verfolgungen und ueble Ketzernahmen zwingen will, dass sie dieselben so verstecken sollen, wenn gewisse Geistliche sich deswegen vereinbahren, sie moegen im ueblichen geist aus der Natur der Sache davon ueberfuehret seyn, oder nicht? l. c.*

32) Wenn das Ordnung beissen soll, so ist es wäirklich der beste Rath, sich in den Schoß unsrer alten Roemischen Kirchen, als der ersten und aeltesten Ordnung zu begeben, und sich nur immer das, ohne die geringste Untersuchung, weiß machen zu lassen, was die groesste geistliche Ordnungsmachere, auf ihren diesfalls gehaltenen Conciliis oder Kirchenversammlungen, ihrem Interesse am gemäesten befinden p. 50

33) Exemplum profecto circumspectionis necessariae praebet prouidentia-

Etrinas sanctissimas in risus maximos transferendi, atque a  
ueria pietate, salutis quoque ciuilis parente, animos au-  
candi.

dentissima Senatus Hamburgensis uigilantia curaque religiosissima,  
ne quid res sacra detrimenti accipiat, unde sibi capiant, quod imi-  
tentur, quotquot curandae hominum saluti ab ipso Deo sunt praefecti,  
ut, quam fieri possit, maturime prospiciant, ne coetus, Deo con-  
iunctus, petulantia hominum, nouas res molientium, ac religionis  
contemptorum turbetur. Cum primum Magnificus Senatus perci-  
pit, prodiisse detestabilem Adepti religionem, sine mora, con-  
stituit, flammis tam profanum librum comburendum. Quod quidem  
nos ex Tabulis florentissimi Senatus publicis hausimus, unde rei sum-  
mam strictim capitulatimque decerpamus licet. *Es wird Reu. Ca-*  
*pitulo nicht unbekandt, allenfalls wird sich durch das, in biesiger*  
*Gazette publicirte Conclusum mit mehrern ergeben, daß juengsthin eine*  
*Schrift auf dem ehrlosen Blocke allhier verbrandt worden, wel-*  
*che unter Titul: Die Religion der Adepten, im öffentlichen Druck*  
*erschienen ist. Ipsum autem auctorem, Georgium Schadium, quem*  
*uerisimiliter auctorem compertum habebat, finibus suis proscriben-*  
*dum decernit, quaestionemque de eo habendam. Sed in hoc eximii,*  
*rarique, nostra memoria, inter uiros, ad rei publicae clauum seden-*  
*tes, feruoris Sacra tuendi documento, acquiescendum sibi haud putat,*  
*quin alias quoque excitat, cum hoc homine nullum ut habeant ne-*  
*gotium. Collegium etenim sacrum, quod vocant capitulum, ad-*  
*moner, ne Scribae quidem munus ei deferant. Hoc iisdem,*  
*quos modo nominaram, commentariis Senatus Amplissimi accepimus.*  
*E. Hochedler Rath wird zweifelsohne eines weitern nicht beduerfen,*  
*um Reu. Capitulo die Veranlassung zu geben, von diesem Men-*  
- schen



candi. Quo latius patet ignoratio rerum, ad aeternam uitiam necessiarum, turpissima, quo uehementius uitia dominan-

schen zu abstrahiren, vvelcher der oeffentlichen Ahndung so nahe ist, indessen habe Er dasselbige zu auertiren, insonderheit um desvwillen nicht umbin koennen, vweil Er seiner Seits um Anstellung bebusiger Inquisition vvider den mehr erworbten Schaden behoeriger Orten bereits den Antrag gethan, euentualiter aber denselben in hiesiger Stadt und deren Gebiete fernerhin ueberall nicht zu dulden die Entschliessung genommen habe. Immo, grauissimis permotus caussis, Regium Britannicum Luneburgicum Consilium rei civilis gubernandae commonefacit, quas librum capitalem opprimendi initierit rationes. Es ist juengst hin eine Schrift im Drucke erschienen, welche den Titel die Religion der Adepten suehret, und welche vvir v wegen der darin enthaltenen gotteslaesterlichen Ausdruckungen, und auf die gänzliche Verachtung aller geoffenbarten Religion gerichteten Absicht, auf dem ehrlosen Blocke durch den Frohn haben verbrennen lassen. Wir seben uns in zvviefacher Ruecksicht veranlaßt, von diesem Vorfalle einige Nachricht zu geben: einmal um desvwillen, vweil vvir da fuer halten, daß Evv. Excell. und Wohlgeboren in Ansehung der aufhabenden Regierung dortiger koeniglichen Lande und damit verknuepften Sorgfalt fuer das allgemeine Wohl saemtlicher Unterthanen nicht ungern von den in hiesigen Gegenden vvider die Vraechter der Religion, und folglich vvider das geistl. und leibl. Beste der menschlichen Gesellschaft obhandenen Machinationen einige Kenntniß haben werden, und naechst diesem um der Ursache willen, weil, dem Verlaut nach, Reuerendum capitulum den in Altona wohnhaften unruhigen



minantur, religionis frenum detrectantia, eo studiosius  
magistratus sapiens cauet, ne ciues corrumpantur subtili-  
bus

ruhigen Advocaten, Georg Schade, auf welchen ein bis fast zur Ge-  
vvisheit gebender Verdacht faellt, daß er der Urheber, oder doch  
der Drucker und Verbreiter des vorerwuehnten, allhier verbrannten  
Buches sey, zu seinem Registratore entwueder schon angenommen ha-  
be, oder ihn annoch dazu anzunehmen, willens seyn soll. Denique  
publicis literis, quas, posterorum perpetuae vt mandentur memoriae,  
judico dignissimas, quod summam pietatem in Deum, reuerentiam  
singularem in sanctissima Religionis capita, et scripturam diuinior-  
rem spirant, significat, quantopere profligata nostrorum temporum  
libidine discrucietur. Wir Bürgemeistere und Rath der Stadt Ham-  
burg, haben mit dem empfindlichsten Misfallen, und der aeussersten  
Beiremdung, in Erfahrung gebracht, welche Pergestalt bey der zügellosen  
Schreibart, womit bösgewinnete Gemuther, und insbesondere die  
vermeinten Witzlinge, sich hieselbst beschäftigen, und der Wir über-  
haupt durch mehrmäßige gefährliche Verordnungen zu steuren, Uns  
gemäßigt gesehen, selbige aermaten so gar unsere geheiligte christli-  
che Religion, und deren grosse und heilwärtigste Geheimnisse, beson-  
ders der Menschwerdung unsers theuersten Heilandes, zum  
Vorwurf ihres, jo unsinnigen, als schmähsüchtigen, Betragens  
erwählen, selbige, auf eine gotteslästerliche und verdammlche  
Weise, zum Spotte und zum Gelächter zu machen, sich erdreisten, mit  
hiniören, in dem geoffneten Worte Gottes liegenden, Grund, wenn  
es solchen Bosewichtern nur gelingen könnte, zu untergraben, und die,  
beyjetzigen Zeiten ohnedieß, leider! mehr einschleichende, Neigung zum

D

Unglau-

41.

42.

43.

30.

31.

44.

50.

54.

60.

64.

70.

74.

80.

84.



bus nugis, et cum religione ciuitatis firmamentum decus-  
que tollatur. Adeptus sane poenas persoluit iustas, effu-  
sus

Unglauben zu vernebren, ja wohl gar in der abgefimtesten Maasse  
leichtfertigst dazu zu reitzen, und recht geflissentlichst auszufodern,  
sich gelüsten lassen; solchemnach, da dergleichen Schriftsteller des  
Druckens ihrer heillosen Misgeburten, in gewisser Erwartung der  
damit ohnfehlbar vergesellschafteten Confiscir- und Bestrafung, sich  
nicht getrauen, und diese merentheils in wenigeu Zeilen und Reimen  
bestehen, andern, sowohl heimlich, als in Caffee-Wirtbs- und Wein-  
baeuern, auch auf den Gassen, geschrieben zum Lesen geben, und Co-  
peyen davon austheilen, oder nehmen lassen, mithin dieselben, so viel  
an ihnen, in und außer der Stadt, mit darin verborgenem Giste,  
auszubreiten, alle nur ersinnliche Mühe sich geben. Wann nun Wir,  
Bürgermeistere und Rath dergleichen wider die, gegen das Laster  
der beleidigten goettlichen Majestät, sowohl in heiliger Schrift,  
als den Reichsconstitutionen, und hiesigen Verfassungen beschriebene,  
Gesetze anlaufenden, und daher selbst des Allerböhesten Racheifer nicht  
minder, als die menschliche Bestraffung, sich zuriebenden, tollküh-  
nem Betragen, von obrigkeitlichen Amts und Gewissens wegen, in ei-  
ner christlich-gesitteten Stadt und deren Gebiete, irgends nachzuse-  
hen, nicht gemeinet, vielmehr die aufgekeimte erste Brut sofort zu  
ersticken, und das daher für die menschliche Gesellschaft erwachsen-  
de Uebel durch die schaerfeste Rüge solcher Mishandlungen, und  
durch peinliche Anklagen, so viel an Uns ist, zu hemmen und zu  
tilgen, nicht er mangeln koennen; als haben Wir jedermann, so lieb  
es ihm ist, seine Seele zu retten, und zugleich die empfindlichsten zeit-  
lichen

sus in cachinnos et conuicia, ubi de mysteriis mentionem  
facit, sine quibus religio nostra constare non potest. Haec  
**D 2** inepta

lichen Straffen zu vermeiden, ernstlich hiemit verwarnet, und ihm  
befehlen wollen, wie allermeist der Absaffung solcher gotteslaesterli-  
chen und schandbaren Schriften hinsürder sich zuenthalten, al-  
so auch, weder, durch Theilnehmung daran, noch durch Ausbreitung  
derselben, eines Beyfalles und der Zueignung sich schuldig zu machen;  
vielmehr, wenn ihm solche Schriften von den Urhebern, oder an-  
dern, zugestellet seyn, oder künftig zugestellet werden doersten, die-  
selben den Wohlweisen Herren Gerichtsvermaltern unverweilt zu  
besaendigen, und, was ihme von dem Urheber glaubwürdigst be-  
kannt seyn mochte, gewissenhaft dabey anzuzeigen; welchenfalls,  
und, wenn der Verfasser, oder Aussprenger, daadurch mit Grund er-  
forschet werden koennte, der Angeber, naechst Verschweigung seines  
Namens, eine billigmaessige Belohnung, welche in dem Falle, da die  
goettlichen Geheimnisse, vorbesagter Maassen, angetasiet sind, bis auf  
100 und mehrere Rthlr. erstrecket wird, zu empfangen haben; hin-  
gegen ein jeder alle ihm zu Lasten kommende Verschweigung, und  
Ausbreitung, aufs schwereste büffen, und, nach Bewandniß der Sa-  
che und Umstaenden, mit gleicker Abndung, als wenn er der Verfas-  
ser selbst waere, unausbleiblich belegen werden soll. Actum et de-  
cretum in Senatu Hamburgensi, publicatumque sub Sigillo, Die Ve-  
neris d. 30. Octob. 1761. uid. Act. Histor. Eccles. P. XIX. p. 382.  
et. Seruert Deus immortalis hunc animum rei publicae sapien-  
tissime constitutae, ut fundamenta salutis suae in casta religione ponat.  
Sic nihil ipsi deerit ad incolumitatem suam, his temporibus adeo  
suspi-



inepta dicit absurdaque, neque ulla fide digna, quod iis potentia apud principes, dignitas apud plebem, libidinosa cum credulis mulierculis consuetudo, omnem conciliarit auctoritatem 34)

Praecipue autem effrenatae homo mentis filii Dei, nostra carne tecti, charitate offenditur, nostraque de Iesu puerulo gaudia odiose interpellat. Quibus ut, Ciues, digne perfruamini, sic rationes inibo, ut *primum* e sanctioribus utriusque foederis tabulis fidem de Christo Deo atque homine repeatam, ne, more suo, nouitatis nos Adeptus accuset, in opinionem gratiae callide irrepentis. *Deinde* reuelationem rationi conciliabo, et, quam Deo digna sit filii sui cum natura nostra cognatio, docebo. Facile enim patior, illa mendacii postulari oracula, quae clarissimis aduentur maximeque perspicuis decretis Theologiae naturalis,

suspiciosis conseruandam. Quorum discrimina ut effugiat omnia, et stabili semper gaudeat felicitate, uotis quotidie nuncupatis contendō

34) Die Ungereimtheit und Unglaublichkeit derver so genanndten Geheimnisse wird durch die Macht bey den Grossen, oder durch ein Ansehen bey dem Poebel, oder durch - - - bey dem leichtglaeubigen Frauenzimmer (per uagam Venerem) oder durch alles dieses zugleich glaubhaft gemacht p. 44

lis, idque uera pugna, non pugnae specie. Nec mysteria defendo, ut rationem magno clamore uituperem, cui si Deus repugnaret, sibi non constaret ipse, 35) etsi non ignorarem, rationem, erroribus ac praeiudicatis sententiis depravatam, saepius sanae mentis nomen mentiri. Dubitaciones Adepti *postremo* producam, et, quam parum ualeant, ad fidem nostram in Christum, Deum atque hominem, infirmandam, monstrabo. Vos, Ciues Religiosissimi, rem momenti maximi, in utramque partem agitate, qua comminatione nihil huic anniversario sacro conuenientius, nihil salutarius.

Quandoquidem generis humani, postquam defecerat a Deo, spes omnis in Christo, uade nostro, fuit deposita, Deus ab antiquissimis temporibus doctrinam de filio suo,

D 3 31 anno 1616 Deo

35) Eine Offenabhrung, die wider die klaerste und deutlichste Wahrheiten der natuerlichen Religion angehet, kann unmoeglich eine goettliche Offenabhrung seyn, sendern muß, wenn sie schriftlich abgefasset ist, eine Lügenschrift seyn und bleiben, und zwar ist sie insgemein um desto mehr verdaechtig, falsch und erdichtet, je mehr dessen Verfechtere wider die gesunde Vernunft schreyen, und dieselbe herunter zu machen suchen, indem Gott der gesunden Vernunft, daß ist, sich selbst niemahls widersprechen kann p. 48



Deo atque homine, mortalibus patefecit. Itaque Messiani ueteris instrumenti, Christiani foederis noui sono uocis differunt, re conueniunt. <sup>36)</sup> Sed in iudicio de hominibus, ante Christum natum uiuentibus, duo sunt deuia fugienda itinera, in quibus facile est aberrare. Alii, patrum prisorum notitiam de seruatore communi tam late patuisse, statuunt, ut cum nostra queat cognitione, e tabulis nouis hausta, prorsus exaequari. Incidit in hunc errorem Pelagius quondam, ab Augustino praecipue notatus, cum familiae suae ascriptis. Qui sicut antiquitatem nimiis laudibus extollunt, sic eam alii deprimunt nimis, atque inscientiae rerum grauissimarum ream faciunt. Dimissis aliis, solum nominabo Moshemium, cuius elementa Theologiae Dogmaticae, in Academicis praelectionibus proposita et demonstrata, publici iuris fecit de Windheim, vir celeberrimus. Evidenter si quisquam Moshemii manes iustis honoribus profequor, eiusque doctrinam politissimam, ac merita de coe-

tu

36) Egregie de his disputat immortalis gloriae vir Fr. Sal. Cyprianus in der Sittenlebre Christi, aus denen Kirchenlehrern erkläret, in der Vorbereitung c. i. von denen Christen des alten Testaments



tu sacro singularia maxiini facio. Hic tamen postumus liber  
uariis abundare uidetur naeuis, saepius patrem ut in nato hoc  
desiderem, quamuis, passim, illius acumen quoque et lectio-  
nem copiosissimam prodat. En specimen, quod, instituti  
memor, afferam e parte tertia, oeconomiam salutis com-  
plexa. Ut aditum sibi paret ad uberiorem disputatio-  
nem, oeconomias ueteres cum quarta foederis gratiae  
constitutione, ab aduentu seruatoris nostri exordienda,  
comparat, ratione praeceptorum habita, quae uiam ad fa-  
ludem aperiunt. Sub ueteri, inquit, testamento illae uer-  
itates diuinæ, quae uiam salutis constituunt, imperfecte  
sunt propositæ, v. c. mysterium Trinitatis, satisfactio Iesu  
Christi. Quaedam ueritates, quae ad salutem pertinent,  
sub ueteri Testamento non fuerunt cognitæ, e. g. dogma de  
Communicatione idiomatum, de tribus Iesu Christi officiis. 37)  
Prior uiri Summi sententia ad concordiam facili negotio  
adducitur, si ueritates imperfecte propositæ nuncupan-  
tur illae, quae minus clare ac minus plene traduntur in  
rebus cognitu minus necessariis. Contra ea, si communi-

catio-

37) p. 598



cationem idiomatum ipsam, ac tria de Iesu Christo officia, aliasque ueritates, ad salutem pertinentes, ueteris Testamenti memoria prorsus latuisse censet, a me existimatio uiri tanti confessionem non impetrat. De officio triplici, qnod ex utraque natura Christus obit, quodque satis ideo luculenter, in hoc homine Deum fuisse, comprobat, quid multa. Tot enim sunt tamque manifesta ueteris instrumenti reperiunda testimonia, ut uereor, ne feratis aegre, si diutius in hoc morari campo uelim. De munere *Prophetae* quid Esiae uaticinatione clarius, qua seruatorem facit ipsum loquentem, spiritu se domini gaudere, quandoquidem sit a Domino unctus, atque ad laeta inopibus nuntianda missus. 38) Christus saltem, Nazarethae de se, uate magno, uerba facturus, sic huius effati perspicuitate mouetur, ut illud legat in primis, idque hodie completum pronuntiet. 39) Iesus autem Sacerdos quam magnifice a Davide canitur. Iurauit dominus, nec poenitebit eum, tu es secundum ordinem Melchisedeci sacerdos aeternus. 40) Quae quanta uersentur in luce, Pharisaei

38) Ief. LXI. 1.

39) Luc. IV. 16. sqq.

40) Ps. CX. 4

risaei comperiunt, cum Christus eos conuincit, atque elingues reddit, ne quicquam de Paullo, dilucido huius oraculi interprete, commemorem. 41) Tandem *regnum Christi* quantis praedicationibus antiqui uates prosequuntur. Exulta uehementer puella Zion, exclama plena gaudio puella Hierosolyma, ecce tibi uenit Rex tuus, iustus uictor, humilis, equitans in asino, et pullo asinae. 42) Quas gestientis animi elationes quo minus dubitemus ad Christum regem referre, sanctior spiritus apud Matthaeum prohibet. 43) Pluribus supersedeo de tribus Christi officiis, quod otium mihi fecit Huetii diligentia, qui in demonstratione euangelica, comparato ueteri testamento cum nouo, copiose docuit, de Iesu Propheta, Sacerdote, Rege quamplurima dilucide fuisse euidenterque praedita. 44) Nec uerius animaduerto Moshemii illud, communicacionem idiomatum in tabulis antiquis alto silentio praeteriri. Accuratius quo disputemus, ostendam *primo*, unionem, quam uocant personalem, patres prisci foederis non ignorasse, *deinde* facilius obtinebo, communicationem quoque

E idioma.

41) Matth. XXII. 43. cet. coll. Hebr. V. 6. 42) Zachar. IX. 9.

43) C. XXI. 5. 44) Propof. IX. c. 28. 29. 96



idiomatum illis cognitam fuisse atque perspectam. Quid uinculum sit personale, grauiter Formula Concordiae monstrat. In eo enim ponit communionem summam, qua diuina et humana natura in una Christi persona sint ita coniunctae, ut ueram inter se communicationem seruent, ex qua totum dimanet illud, quicquid humani de Deo, et quicquid diuini de Christo homine dicatur et credatur. 45) Nihil hac in descriptione sumitur, quod non ueteris Testamenti monumentis contineatur. Fuit haec communis professio Iudee posteriorum, ab Ieremia memoriae prodita, 46) זֶה שְׁמָךְ יִקְרָא וְהַזְּהָ אֶתְכָּנָנוּ hoc erit nomen eius, quo ipsum uocabit Israel, Ioua iustitia nostra. Quis hoc sit appellandus nomine, paullo ante uates aperit, quando de germine Dauidis iusto, diuinitus excitando, agit. Quamuis δῶρον πάτερ LXX. uiri ἀνατολήν splendor rem reddant, significationem secuti, Syriacæ linguae consuetudine tritam, neque haec ab noui testamenti recedat usu, quo Christus ἀνατολὴ ἐξ ὑψους nuncupatur; 47) malo tamen potestatem sermonis Hebraei peruulgatain retinere, ac de germine Dauidis cogitare. Dignum uero ser-

natore

45) p. 609. 46) c. XXIII. 6. 47) Luc. I. 78.

uatore nostro cognomentum, a Glassio more suo perquisitum subtiliter, quo iudice notatur principaliter ortus *ipfius* secundum carnem, seu nativitas temporalis, sicut germen et furculus terream habet originem, et terram quasi matrem agnoscit, consequenter uero regni eius uiriditas, felicitas, et perpetuitas. 48) Neque occidentis linguae ab hoc loquendi more abhorrent per metaphoram, quam reciprocum uocant artifices, sed germen de subole, subolem de germine ponunt. Ipse parens Dauides adiunctus humana Christi naturam designat, quae cum sit Dauide prognata, factum est, ut Christus filius Dauidis solemnii formula usurparetur. 49) At idem germen Dauidis simul est ac publice nominatur Ioua iustitia nostra. Ioua quidem, ut hoc praecipuo nomine diuino diuinitas eius declaretur, quod Deus se cum ulla re creata communicaturum negat. 50) Iustitia autem nostra, quia promeritis suis nos reddit iustos, suique cognitione salutari multis hoc germen iustum iustitiam parit. 51) Sic non duos Ieremias seruatores Israelis numerat, sed ille ipse, qui fuit

E 2 Dau-

48) Rhetor. S. tract. I. c. 8. p. 168. 49) Matth. XXII. 42.

50) Ef. XLII. 8. 51) Ef. LIII. 11.



Dauide oriundas, diuinitatem sibi iunctam habet in una eademque persona. Sic quod Theologi tenuiter praecipiunt, homo est Deus, ornatius ueteris Testamenti Prophetae proponunt, germen Dauidis est Ioua. Fundamento communicationis proprietatum tam firme iacto, coniunctionis personalis notitia, nullo negotio planum faciemus, inter antiqui instrumenti patres constare, mutuas proprietates ab utraque Christi natura communiter et possideri et usurpari. Maioris perspicientiae causa eamus per partes, ac tria genera communicationis idiomatum, a Brentio et Chemnitio nostratisbus acri iudicio distributa, percensemus. Vnum *idiōtoīσιν* dicunt, seu proprietatum vindicationem, alterum *μεταποίησιν*, siue maiestatis diuinae communicationem, tertium *κοινωνοῖσιν*, seu communionem actionum, ad officium Christi peragendum, necessiarum. Quae si cui nimis limata uidentur, nostra praesertim memoria, qua patrum maiorumque proh! contemnimus industriam, is uelim recordetur, et controversias grauissimas his subsidiis melius disceptari, et ipsius codicis sanctioris dictis lumen accendi uariis, quibus hae doctrinae exponuntur, ac memoriae nostrae commendantur. Ordinem



nein primum ducat genus, quo proprietates naturarum de persona praedicantur, siue ab alterutra natura, siue ab utraque nominetur. Hoc nititur uox illa natalis, qua coetus sanctior noui instrumenti infantem Christum celebrat apud Esaiam. Puer nobis nascitur, filius nobis datur, nomine uocatus admirabilis, consiliarius, Deus potens, pater aeternitatis. <sup>52)</sup> Sicut ipsi Iudei, ueri lumine circumfusi, carmen hoc ad Messiam referunt, quos Ven. Michaelis, Pater, ad hunc locum laudat, ita nobis nihil certius interpretatione Spiritus diuini. Nam, quae u. 2. canuntur de gente in tenebris uersante, sed magnam uisura lucem, conceptis uerbis de Christi in Galilaea disciplina explicantur. <sup>53)</sup> Est igitur puer, cuius laudes amplificantur, ille uirgine castissima natus, <sup>54)</sup> carnis nostrae particeps et sanguinis. Huic tamen ipsi naturae uirtutes diuinae tribuuntur, mirabilis sapientia, infinitae uires, aeternitas nullis circumscripta finibus. Quod unum testimonium sat ualeat ad probandum, primum communicationis idiomatum genus patribus antiquissimis haud ignoratum. Neque genus alterum in ueteri instrumento tacetur, quo

E 3 natura

<sup>52)</sup> Ies. IX. 5.

<sup>53)</sup> Matth. IV. 16.

<sup>54)</sup> Et. VII. 14.



natura Christi humana diuinae fit maiestatis gloriaeque so-  
cia. Merito formula Concordiae nobis ante oculos pro-  
ponit illud a Daniele uisum. <sup>55)</sup> Oculis enim filio homi-  
nis similem usurpat, nubibus uectum, atque ad patrem  
longaeuum adductum. Tanta uero fuit ei potestas ac di-  
gnitas concessa, ut illius uim aeternam omnes omnium lin-  
guarum populi nationesque colerent. Quisquis hic hu-  
manam Christi naturam, in diuinae excellentiae societa-  
tem uocatam, non animaduertit, Iudeos ipsos coecitate  
superat, quorum suffragia is ipse Michaelis, uir in hoc  
literarum genere summus, collegit singulari ad hunc lo-  
cum diatribe. Tertium denique genus, quod ad officii  
Christi curationem atque administrationem pertinet, ab  
ultima memoria in lucem fuit clarissimam prolatum. Con-  
tueamur tantum illam euangelii, parentibus generis hu-  
mani denuntiati, partem maxime commemorabilem, se-  
men mulieris caput serpenti illidet. <sup>56)</sup> Quo locupletior  
est haec antiquissima fidei nostrae assueratio, eo plures  
in eam temerarium fecerunt impetum. Sed fortissime  
sunt repulsi a Theologo gloriae nunquam intermoriturae,

Boer-

<sup>55)</sup> VII. 13. <sup>56)</sup> Gen. III. 15.



Boerner, in dissertationibus sacris. 57) Nec poenitebit consuluisse colloquium cum Deista de uaticinationibus ue- teris Testamenti, quae ad Christum attinent. 58) Operaे habeo pretium inde feligere momenta, quibus hoc dictum, ad omnem memoriam insigne, rectius ponderetur. Quis semine mulieris indicetur, Paullus auctor est fide nostra di- gnissimus 59) τῷ σπέρματι τοῦ ὃς ἐσι Χριστός semen est Christus. Illud difficilius ad inuestigandum uidetur, quo tandem pacto illi, qui genus hominum procrearunt, semen illud mulieris exputare potuerint. At difficultas mox leuatur, hoc uno sumpto, quod proxime abest a uero, Seruatorem gentis mortalis ipsum, qui toties in uetusissimorum pa- trum conspectum uenit, laetum de se nuntium genitori- bus nostris attulisse, seque digito monstrasse. Quo uero pertineat caput serpentis, insanabili contritum uulnere, nemo perspicuitate maiore dixit Ioanne. εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔγγα τοῦ διαβόλου. 60) Ideo pa- tefactus

57) Diff. I. proteuangelium explanatum, et a deprauationibus Wert- heimensis speciatim interpretis vindicatum

58) In den Beytraegen zur Vertheidigung der Practischen Religion Iesu Vol. 4. 59) Gal. III. 16. 60) 1. Io. III. 8.



tefactus Dei filius est, ut diaboli opera aboleret. Serpentis enim nomen fert ueterator iste, quod angue usus, Adamum atque Euam circumscriperat. En officium Christi, in disturbando cacodaemonis regno occupatum, quod semi-ni mulieris, sine controuersia, vindicatur. Relinquitur, ut, si uetus instrumentum, qua par est mentis agitatione, legerimus, neque coniunctio naturarum in Christo, neque communicatio proprietatum lateat, sicut Moshemio fuit persuasum. Breuitati nunc seruiam, ubi maior noui testamenti lux astulget, et Christum, Deum atque hominem, illo dicto stabiliam, quo nunc aedes nostrae toties personant. 61) Ο λόγος σὰρξ ἐγένετο, uerbum caro factum. Habetis, Ciues optimi, ab Ioanne descriptas partes, in Christo copulatas, ipsumque earum uinculum. Partes quidem copulatae hinc ε λόγῳ conflantur, seu filio Dei, nondum carne nostra uestito, illinc e natura humana, subsistentiae, quam dicimus, experte. Vinculum uero illud εγένετο complectitur, in quo exponendo quo minus de confusione aut commutatione nobis in mentem ueniat, Paullus prohibet,

61) Io. I. 14

con-



iunctionemque naturae interiorem in personae diuinae societatem formulis significat manifestis, μετέχειν σαρκὸς καὶ αἵματος, ἐπιλαμβάνεσθαι σπέρματος Αβραὰμ, participem carnis esse et sanguinis, semen Abrahami assumere.<sup>62)</sup> Ita fit, ut uerum Deum uerumque hominem, filium Dei ac filium hominis, in uno Christo ueneremur, secundum carnem e patribus oriundo, sed una Deo, in omnem aeternitatem rebus omnibus anteferendo, ac summis praedicationibus collaudando<sup>63)</sup>

At enim ratio forsitan sana intercedit, atque inconditum, ac pene ridiculum censet, hominem cum Deo in unam personam coalescere. Evidem, si quisquam, rationis nostrae dignitati faueo, ac uehementer indignor inconsultas eius uituperationes, quae hoc ingens Dei donum spernunt, ac doctrinas altiores aduersariorum cachinnis obiiciunt, dum se priuant oculo uno, quo melius altero uideant. Nec ratio uere sana, neque limites suos egressa, habet, quod in coniunctione filii Dei cum homine, iure suo, repudiet, quam salus hominis ipsa, alias non reparanda, egregie commendat. Nouit hoc ratio, usu uitae suae commonefacta atque alienae, uerissimum

F

repe-

62) Hebr. II. 14. 16.

63) Rom. IX. 5



reperiri, quod e Thucydide Clemens Alexandrinus afferat, τὸ ἐξαμαρτανεῖ πᾶσιν ἔμφυτον νοῦ νονέν. peccandi cupiditatem, omnibus innatam et communem, in scelera labi.<sup>64)</sup> Eadem e uirtutum diuinorum contemplatione probe perspicit, Deum, sine satisfactione, peccatorum ueniam facere non posse. Intercederet enim misericordiae iustitia, quae cum sit in Deo per naturam omnibus numeris absolutam, ab illo migrari nequit. Relinquitur, ut aut nobis peccatoribus satisfaciendum sit, aut aliis pro nobis uadis personam induat. Nostras opus tantum uires superat, qui non peccauimus modo, sed etiam semper in posterum peccamus, ut optimus habeatur ille, qui minima labe urgeatur. Fac nos plene sapere in futurum, quo tandem pacto superiorum flagitorum crimina piabuntur. Doloris certe uel maximi sensus damnatio, quae sunt mundo importata, non reparabit. Neque fieri unquam, ut homo, finibus circumscriptus, numinis infiniti contemplationi satis det. Quare cum per sapientiam diuinam non possit delicto poena non respondere, aut nobis in sceleratorum sedibus aeternae sunt poenae perferendae, aut alias nobis

64) In Paedagog. III. ult.

nobis suppetias ferat oportet. Hic ab aliis hominibus auxilium frustra sperabimus, quorum nullus inuenitur, quin pari calamitate prematur. Nec genii coelestes tantam molestiam capiunt, qui per se ipsi Deo debent obsequium, auctores habent terminis definitas, ad uindictam nullis finibus terminataam praestandam non idoneas, ut taceam, eos cognatione cum hominum genere non contineri, nec poenis suis flagitosos, ut par est, a peccandi proposito satis deterrituros. Quod nisi Deus ipse opem nobis praesidiumque tulerit, nosque e faucibus eripuerit interitus, auctum de nobis est et conclamatum. Hic solus uidet optime, quomodo suae fiat iustitiae satis, hic solus interminata mala depellit, hic solus expers finium debita soluit immensa, hic solus, si poenas suscipit nostras, tanto profligatos horrore percilit, ut petulantia frangatur. Hic quanta ueneratione ratio modesta prosequitur altiorem notitiam de pluribus in diuina essentia personis, quarum una partes obierit grauissimas homines Deo reconciliandi. Sed quoniam Deus nec legibus potest alterius parere, nec poenas luere, homini se iungere debuit quam arctissimo uinculo,

F 2

ut,

41.

42.

43.

20.

31.

44.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.



ut, quod hic faceret ac perpetretur, ob eandem personam sibi tribueret, infinitumque pretium rebus ab eo gestis faceret. Ad quod conficiendum quid unione, quae personalis usurpatur, accommodatius, quid praestabilius. Nihil sane in ea, quem ad modum superiore loco fuit declarata, deprehenditur, quod uel hominum naturae, uel diuinæ praestantiae repugnet. Quod illam uero penitus non perspicimus, ratio, suae sibi mediocritatis conscientia, non miratur, ut quae ne copulam quidem intelligit, qua animus noster cum corpore deuincitur. Vix tamen acquiescit ea in breuitate forsan nimia Michaelis, doctoris Gottingensis longe celeberrimi. Huius compendium Theologiae dogmaticae, 65) uarietate rerum sententiarumque breuitate commendatum, locum hunc suspicuum sic percurrit, ut diu me haberet suspensum. Pace uiri illustris paucis attingam sententiam, his uerbis conceptam. Nec uero aeterna ac diuina mens ea ratione humanae naturae adest, quæ adesse hominibus genii olim credebantur. Probe. Nam genii magis extrinsecus ad homines accedebant, quam ut

in unam cum illis personam coalescerent. Hac igitur coniunctione sublata, quaenam proprius hoc pertinet. *Ita cum illa coaluit, ut Deus homoque Christus sui sibi conscius tanquam unius sit, non ratiocinio, sed interno animi sensu et conscientia.* Afferuntur praeter alia dicta, Io. I. 14. Act. XX, 28. Cumque non ignoret uir sagacissimus, maiestatem diuinam, cum Christo homine communicatam, maximas lites excitasse, de hac sigillatim praecipit. Ea de se praedicare potest homo, eorumque tanquam suorum recordatur, quae propria diuinae naturae sunt. Io. VIII. 54, fortasse, 58, ubi Christus se priorem Abrahamo confitetur. Dubito uehementer, an haec doctrinae reconditae magnitudinem impleant, qua uerbum dicitur caro factum. Neque enim satis est praedicatio ac recordatio, quae ne ab unione quidem, quae nuncupatur impropria, abest, morali praesertim, multis e Caluini schola hodie adhuc probata. In unione naturali animus cum corpore sic coalescit, ut ex animo et corpore conflatus homo, sibi conscius sit tanquam unius, non ratiocinio, sed interno animi sensu et conscientia. Vnionem subiungerem mysticam, qua



Deus cum homine in unum copulatur spiritum, cuiusque sensum sanctissimi homines cum Paullo saepe percepérunt, nisi uererer, ne uir celebratissimus, in rerum diuinarum sensum minus propensus, idem mihi responderet, quod amicis testimonii Spiritus Sancti interni de Scripturae diuinitate. *Nos quidem ingenue fassī, nullum nos unquam Spiritus Sancti testimonium per omnem uitam percepisse.*<sup>66)</sup> Addam, quod mihi uidetur grauius. Largitur uir spectissimus, Christum, in statu humili omniscientiae usum ad tempus deposuisse.<sup>67)</sup> Quod si personalis unio in sensu interno, conscientia, recordatione consistit, in Christi fuit humilitate, quod uir Praestantissimus nunquam dabit, saepe dissoluta. Ignoscat uero ille coniecturae, Vuolffianam personae definitionem hanc ipsi notionem forte suppeditasse. Personam Vuolffius definit ens, quod memoriam sui conseruat, hoc est, meminit, se esse idem illud ens, quod ante in hoc uel isto fuerit statu. At praeter usum loquendi Vuolffius sic animos nostros in personas conuertit, ipsamque humanam Christi naturam personarum nu-

66) p. 15.

67) p. 180. 186.

mero

mero cogitur habere. Quapropter uir acutissimus ipse causae diffidit suae, ac monet, se uocem in Philosophia declarare, prouti rebus creatis consentiat.<sup>68)</sup> Maneamus igitur potius in ea personalis unionis forma, quam nobis formula Concordiae praescribit. *Post factam incarnationem ita naturae sunt unitae, ut unicam tantum Personam constituant, in qua simul ambae naturae subsistunt, ita quidem, ut iam, post incarnationem, ad integrum Christi Personam non modo diuina, sed etiam assumpta humana natura pertineat, et quod persona filii Dei incarnati, ut sine diuinitate sua, ita etiam sine humanitate sua non sit integra persona.*<sup>69)</sup> Atque haec personalis unio uindicem monstrat generi humano, criminibus eius omnibus, e medio tollendis, parem. Homo, remotus ob omni peccato, peccatoribus uicarius succedit, horumque loco legibus diuinis omnibus obtemperat, ac uiolati Numinis poenas expendit. Idem, cum Dei filio in unam sociatus personam, exoluit, quod omnes in omnem aeternitatem homines representare non poterant. Hic ipse suo refrenat suppicio maleficiorum audaciam indomitam magis, quam

fi

68) Psychol. Ration §. 741. Schol. 6. 69) p. 763



si mortales, qui deliquerunt, punirentur. Quanta, quae-  
so, turpitudine flagrant delicta, ut Deus, nisi filii sui nece,  
propitius redi non possit. Profecto, quo maior est ille,  
qui plectitur, hoc maius seueritatis exemplum edit. Tan-  
tum qui spernit placentum nouae temeritatis impetu,  
nullum habet remedium salutis aliud, sed seuerissimi iu-  
dicis sempiternos apud inferos cruciatus extimescat oportet.  
Adeo Christus, Deus atque homo, consceleratos perterret,  
sicut homines pios stabili perpetuaque uoluptate consolatur

Secus tamen uidetur Adepto, qui tam generatim negat  
conciliatorem pacis, inter Deum hominesque medium,  
statuendum, quam speciam Deum atque hominem, in  
eandem personam consociatos, reprehendit. Illud se tan-  
to sperat robore probaturum, ut non persuadeat, sed co-  
gat, omnia scripta,<sup>70)</sup> quae de tali interprete, inter Deum

atque

<sup>70)</sup> Quam quidem acerbissimam, et impietatis plenam sententiam Ad-  
eptum ad diuiniora prorsus accommodasse oracula, dubitari nullo  
potest modo, si memineris, quam turpiter, dicam, quod res est,  
quam blasphemie de his existimat. Eo etenim progreditur in-  
faniae, proprius fidem ut statuat, Ciceronem de officiis praecipien-  
tem, Wolffium placita Theologiae tradentem naturalis, magis di-  
uino instinctos Spiritu scripsisse, quam hoc factum fuerit ab iis,  
quos,

atque homines intercedente, uerba faciant, qualem Christi

quos, sanctiore stilo, Viros nuncupare solemus Deoniveus, quippe

quorum commentationes, horresco referens, insipidis refertae sint  
fabulis, insigni propositis confusione, Deo re uera sumnum conciliantes  
dedecus, siquidem diuinam illis assignaris originem. Die Schriften der übernatürlichen Offenbarung, so sehr sie auch ausgeschrieben werden, daß sie von Gott selbst eingegeben worden sind, sind nicht anders, als Sammlungen sehr unordentlicher und

seichter Gedancken alter orientalischer Deisten. Man kann sie freylich als Sammlungen alter Schriften anschen, die ein und andere Materien von Gott und seinen Eigenschaften, nach der Erkenntniß der Zeiten, worinnen sie geschrieben, schlecht gnug abhandeln. Wenn man sie aber vor unmittelbare Eingebungen von Gott ausschreyen will, worin alles auf das allervollkommenste und deutlichste abgehandelt ist, so macht man theils Gott, der die hoechste

Einsicht und Vernunft hat, im hoechsten Grade veraechtlich, und stellt ihn als einen überaus schlechten Scribenten, oder Eingeber von Schriften vor, theils aber geben dergleichen Leute zu erkennen, daß sie entweder interessirte Religions Betrüger, oder auch Dummköpfe sind, die nur simplex nachbetben, was andere geistliche Betrüger ihnen vorgeschwatzet. Man kann mit mehrerem

